



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 3. De dalmatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

victi, qui & de iis post superatum Antonium triumphauit.

§. 3. *De variis Illyrici populis.*

AGEMVS h̄c tantum de præcipuis & ad quos reliqui reuocati sunt, ij porrò *Liburni*, *Iapodes*, *Dalmate*, *Autariote*, *Vardiae*, *Scordisci*.

N V M. 1. *De Liburnis.*

Ir nauibus suis, & prædationibus insignes fuere. Vrbs Promona erepta est illis à Dalmatis, & aliis Illyriis; bellum à Iulio Cæsare illatum.

N V M. 2. *De Iapodibus.*

INNVIT Strabo Gentem hanc partim Gallicam, partim Illyricam fuisse: eorum oram fuisse stadiorum mille, inopes extitisse, & ζεῖ, & millio victasle, sed Apemavys: pertinuisse ad Alpes inter quas viuebant. A Romanis primùm superati sunt à Sempronio Tuditano, & Tiberio Pandusio. Deinde bello petiti ab Augusto, & ob sessum Metullium vrbis primaria, ad quam ipse vulneratus est, & eos suâ fortitudine ad petendam pacem compulit. Sed cùm duriores pacis conditiones proponerentur, vrbem suófque ac seipso cremauerunt; & ab eo tempore Romanorum tulere iugum.

N V M. 3. *De Dalmatis.*

AB vrbe Delminio nomen habent, inquiunt *Strabo*, & *Appianus*. Romanis obsequentes Illyrios bello aggressi sunt, & Legatos Rom. non admiserunt; quare ad eos missus Figulus Consul vrbem Delminium penè totam facibus iactis incendit. Ita quiete: postea tamen lacesitti rursus à Cæcilio Metello libidine triumphandi. Tandem sub Augusto, corum vrbibus aliquot delatis, attriti sunt.

N V M. 4. *De Autarioris.*

AUTARIOTÆ, seu Autarij, nomen accepere ab Autario Illyrij